

B. M. II, 126.

K. 31, 7.

(X 1880455)



MARQVARDI FREHERI
CONSILIARII QVONDAM ARCHIPALATINI,
DE
SECRETIS IV DICIIS,
IN WESTPHALIA

ALISQVE GERMANIÆ PARTIBVS
OLIM VSITATIS
POSTEA ABOLITIS

COMMENTARIOLVS;

Vt & ejusdem argumenti alia.

EDITIO NOVA,

curâ

J. G. W.

HELMESTADII,
Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typog.

CICIC LXIII.




MARKOVARDI FRIEHERI
CONSILIARI QVONDAM ARCHIEPISCOPALATI
SECRETARIIS IVDICIIIS
AIIAIIA

ELENCHVS

Eorum quæ hoc opusculo con-
rinentur.

- I. De Secretorum VVestphaliæ judiciorum origine, personis, appellationibus, degeneratione & abolitione.
- II. Formulæ Concessionum Cæsarearum, de Sedibus liberis, & Frygraviatus officio.
- III. D. Iohannis de Francfordia in eos Scabinos, Feymeros dictos, disputatio & inuectiva.
- IV. Reformationes Cæsarum & Principum super illis iudiciis enumeratæ, cum nonnullis in has notis.
- V. Notæ & Additiones in superiora omnia.



Illustrissimo & Generosissimo

Domino

DN. ERNESTO,

Comiti in Holstein, Schawenburg & Starren-
berg, Domino in Gehmen &c.

Amdudum me celebris illa fama virtutum Tuarum, **ILLVSTRISSIME COMES**, cum summo splendore & magnificentia conjunctarum, sollicitare non desinit, ut partem aliquam scriptorum meorum, subinde claustra rumpentium, nominis Tui præscriptione muniam & exornem. Ideoque adeo pervicit, cum hisce diebus quiddam ad Westphalam regionem pertinens, quæ Te eximium decus gratanter agnoscit, sub manu nasceretur. Super vetusta, inquam, & ferè oblivione sepulta nescio quorum olim judicium memoria, famosa magis quam fatis in vulgus percognita. An vero tanti fuit, dicet aliquis, de malis iudicibus commētari, quique ipsis pæne grassatoribus deteriores habiti? Non fuit, fateor, res ipsa tanti, inepta, illegitima, & uno verbo Barbara. Sed tanti fuerit, majorum pleraq; cum nostra tempestate conferendo, illorum temporum infelicitatem deplorare; & quanto plus lucis nostro seculo hac quoque parte Deus contulerit, grato animo considerare. Tanti etiam fuerit, eorum quæ ad illustrationē juris publici quoquo modo pertinere videntur, nihil negligere. Ita quæ super illis, iudiciis dicam an latrociniis, postea latae sunt Cæsarum Principumq; leges, quam necessariae, quam salutare fuerint, si per istam opellam clarius jam intelligatur; parum forte amoenum, scitu tamen non indignum haberi poterit. Quod si sapienter dictum est à gravissimo historico, de vita & spiritu hominis, qui pars mundi est, laturum sententiam, diu multumque cunētari oportere, nec præcipiti studio, ubi irrevocabile factum est, agitari: Et

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa.

Quid de illis dixisset, quibus potestas judiciaria pro licentia fuit, supplicia pro ludo, homines pro pecudibus, leve denique habitum, obvio alicui nodum informis lethi injicere

Et sub jure fori non noxia colla ligare?

Verum istam rei indignitatem libellus ipse gravius ob oculos ponet. Quem utut mole exiguum, officiosæ certè promptitudinis, & impensioris observantiæ quoddam pignus, tanto æquius melius consules, COMES GENEROSISSIME, quanto præstantiorem præ illis seculis hodiernam justitiæ administrationem juvat recognoscere. Cujus ut ardenti studio & curâ flagras; ita eidem, summa cum prudentiæ, integritatis, moderationis laude præfectum in aula & ditioe Tua habes, Virum verè nobilem, EBERHARDVM A WEYHE: quem & spero, de studii hoc novo genere, quod patria & vernacula nostra non minus anxie propemodum, quam Latinis Græcisve hætenus factum, persequitur, candidè judicaturum. Heidelbergæ, Non. Martij, MDCX.

GEORGII REMI

P. A. I. C.

Ad Auctorem.

PHALIDOS Occidua cæcum & immite tribunal
Ignotique reis barbara jura fori
Protrahis in lucem, & salibus rerum aspera condis.
Quis modus aut studiis meta, FREHERE, Tuis?
Prisca, nova illustras: Repetis Westphala Suævus.
Nil fugit & calamum judiciumque Tuum.
Tu tamen & Latio meditata & differ Achivius;
Inque decus patriæ sit tibi cura prior.

DE

DE
SECRETIS WESTPHALIÆ
JUDICIIS.

DE Westphaliæ judiciis illis tam famo-
sis, ita scribit Æneas Cardinalis Se-
nensis Europæ cap. xxix. Carolus Ma-
gnus, multa cum Westphalis prælia ges-
sit, eosq; magnis afflixit cladibus, coëgitq; Christi re-
ligionem amplecti, relicto idolorum cultu. Quam
cum sapius abnegassent, nec iusjurandum adverterent,
ut metu pœna rebellionem compesceret, occultos in-
stituit iudices, quibus potestatem dedit, ut quampri-
mum dejerasse aliquem comperissent, aut fidem fre-
gisse, aut aliquod aliud flagitium commisisse, mox il-
lum supplicio afficerent, ubi primum comprehendi pos-
set, nulla citatione præviâ, aut defensione permissâ.
Elegit enim viros graves & recti amantes, quos ple-
tere innocentes hæud verisimile fuit. Terruit ea
res Westphalos, ac demum in fide continuit: cum sæpe
in nemoribus & proceres & mediocres viri laqueo
suspensi invenirentur, nullâ accusatione prius auditâ.
Quærentibus tamen causam, constabat fregisse fidem,
aut magnum aliquod scelus commisisse, qui nec a re-
periebantur. Idque iudicium usque ad nostram per-
durat

durat et aeternam, vocaturque VETITVM. Qui ei praesunt, SCABINI appellantur: quorum ea praesumptio est, ut per totam Germaniam jurisdictionem extendere velint. Secretos habent ritus, & arcana quaedam quibus malefactores judicant. Ea nondum quisquam repertus est, qui vel precio vel metu revelaret. Ipsorum quoque Scabinorum magna pars occulta est: qui per provincias discurrentes criminosos notant, in iudicio accusant, probantque ut eis mos est. Damnati describuntur in libro, & minoribus Scabinis committitur executio. Reus ignarus suae damnationis, ubicunque repertus fuerit, supplicio afficitur.

Ea iudicia quod omnino extra ordinem & veluti plane legibus soluta viderentur, libera dicta sunt, FRYGEDING. Gobelinus Cosmodromii Aetate II. C. IV. Ding in antiquo vulgari sonat iudicium, prout patet in his vocabulis, Holtgeding, Frygeding. Et quia iudicium mortis gentiles attribuebant Marti, dies Martis apud gentes Teutonicos Dingesdag dicebatur. Et in signum istius, iudicium quoddam occultum concernens poenam morte puniendorum, in certis casibus, in partibus Westphaliae praecipue, die Martis celebratur: quod quidem iudicium incolae Fryding appellant.

Caro-

Carolus III. Imp. privilegio Mindensis Eccle-
 siæ xxii. *Vel pro causa criminali, vel civili in judi-
 cium seculare, & specialiter ad iudicium quod dicitur
 Fryding (quod nulla temporis præscriptione, vel re-
 gali seu imperiali edicto, seu iudicii confirmatione,
 contra personas Ecclesiasticas seu clericos per quam-
 cunque consuetudinem introduci volumus) trahere
 præsumserit. &c.*

Ipsa autem tribunalia, fora, malli, quæ re-
 galium jure tenebantur, dicta sedes libera, *Fry-
 gestéle*, Privilegio xxix & xxx. & præpositi iudices,
 FRYGRAVII, eorumque assessores *Freye scheffen*.
 Sciendum enim in triplici gradu positos fuisse
 eos qui horum iudiciorum potestatem haberent.
 Primo enim fuerunt ipsi sedium vel tribunali-
 um talium Domini, Principes nimirum vel Ec-
 clesiastici, vel sæculares; qui *Stulherren* dicti. De-
 inde iudices & graphiones, quorum singuli singu-
 lis sedibus præfecti: qui *Frygravii* dicti. Demum
 Scabini, horum & assessores, quos ipsi sibi lege-
 bant subadjuvas & ministros, qui & ipsi *Freye
 schöffen & Vemeschöffen*, ut mox dicam.

Et hosce criminum indagatores atque extir-
 patores acerrimos, populariter *Wissende* dictos
 notum

4
 notū est: Nescio an à scientia, quasi inter se secre-
 torum suorū conscios, adeoque omniscios, quos
 nemo scelestus lateat au tēfugiat; an verò poti-
 us à pœnis & suppliciis quasi punitores & ani-
 madverfores. Id enim est veteri nostrâ linguâ
Wize. Glossæ veteres: *Pœnas, Wizi. Pœnalis;*
Wizlib. Punire, Wizen. Impunitus. indemnatus,
Vngewizinot, qualia & apud Keronem. Inde com-
 positum puto *Witischalck*, servus publicus, pœ-
 narum administer, lege Burgundion. Tit. LXXVI.
 Qua notione eam voculam *Wize & Wizen* pas-
 sim usurpat Otfridus, Evangeliorum interpres
 vetustissimus, & Notgerus Psalmorum: ut Psal.
 x. *Supplicium tibi debetur; Das Wizzi das sal dir.*
 Psal. LXX. *Tormenta corporis, Wizze lichamin.* Psal.
 LXXXVI. *Supplicia impiorum, Diu Wizze dero Wur-*
siston. Psal. CIX. *Ad passionem, Wizze ze leidene.*
 Quæ sufficere possunt.

Invenio denique & VEMEDING nuncupatos
 istas censuras capitales. Carolus IV. Imp. privile-
 gio Mindensi XXVII. III. *Volentesq; sibi gratiam*
specialem facere, duas liberas sedes, quæ proprie &
vulgariter Vemeding nuncupantur, cum omnibus ju-
risdictionibus, honoribus, juribus, quibus ceteri consi-
miles

WESTPHALIÆ JUDICIIS.

miles sedes habentes, sicuti ducatus *Ascania* & *Westphalia* gaudent jure vel consuetudine. Inde *Vemerecht* & *Vimscheffen*, illius Scabini, verbo hodieque apud *Vbios* noto, eodem chronico teste, fol. 114. b. *Van den Vemscheffen in Westphalen*. Denique dictæ *Vemvrougesachen*, causæ ad hoc judicium pertinentes. Et ipsi judices *Feymers*, ut auctor est *Abbas Trithemius* in *Polygraphia*, ubi de hisce judicibus, eorumque arcana scribendi ratione cum multa dixisset, addit: *Inquisitionis hujusmodi officium, ad presens usque permanet tempus, cujus ministri FEIMERI vulgo nuncupantur.* Vnde, nisi quod malis hominibus, (quod *latrunculatorū* & *λησποδιώνων* est officium) regionem liberarent, velutique despumarent? Eadem scilicet formâ, quâ *Francogalli* piratas suas, qui velivolas rates quasi spumam maris sublegunt, *Escumeurs de mër* joculari verbo vocitant. In quos *Feymeros* occulti judicii Scabinos singularem librum scripsisse *Iohannem* quendam *de Francofordia*, apud eundem *Trithemium* lego: Quem ipsum autographum bonâ fortunâ in *Spanheimensis* librariæ naufragis reliquiis repertum, meaque manu descriptum, mox repræsentabo.

B

Qua

Quâ verò causâ ipsa judicia tandem exoleve-
 rint, eodem loco Æneas pandit: *Degeneravi au-*
tem hoc iudicium. Nam & viles aliqua persona admit-
tuntur, & civilia negotia tractare audent, quibus
erat solum de criminalibus permissa potestas. Et utri-
 que malo primo remedium adhibere conati fue-
 re Sigismundus & Fridericus Maximilianusque
 Impp. ut in eorum Reformationibus legimus.
 Quin & privilegia passim impetrari solebant à
 Cæsaribus, quibus se contra iudicium illorum u-
 surpationes tutarentur homines. Sed tandem
 omnem medicinam superante malo inveterato,
 penitus abolita conciderunt, patrum memoriâ,
 ut opinor: cum quidem eo usque præcipitantia
 & confusionis devenissent, ut in proverbium a-
 bierit, illic reos primum in furcam tolli, deinde
 de illorum admittis aut innocentia demum an-
 quiri solere. Quanquam non minus frequen-
 ter accidisse conjicio, ut veros malefactores de-
 prehensos precio corrupti dimitterent, & dissi-
 mularent, quam ut infantes odio & inimicitis,
 aut procedendi inscitia, aut denique ob mune-
 rum & lytri defectum præcipites in crucem age-
 rent, aut infelici arbore suspenderent. Quâ in
 famia

WESTPHALIÆ JUDICIIS.

famia jam tum etiam inter Romanos fuisse qui laborarent, argumento est, quod Aufonius noster Theoni suo velut jocabundus objectat:

An majora geres totâ regione vagantes

Persequeris fures? qui te postrema timentes

In partem prædamq; vocent. Tu mitis & osor

Sanguinis humani, condonas crimina nummis,

Erroremq; vocas, preciumq; imponis abactis

Bubus, & in partem scelerum de judice transis.

Quin & gravissima hoc nomine querela in judices Galliarum exstat in panegyrico Nazarii ad Constantium: *Aliæ, quas à vastitate barbarica terrarum intervalla distulerant, judicum nomine à nefariis latronibus obtinebantur, ingenua indignè cruciantibus corpora. Nemo ab injuria liber, nemo intactus à contumelia, nisi qui crudelitatem prædonis precio mitigasset.* Addit, quanto difficilior ejus corruptelæ correctio, quovis bello: *uno prælio debellatum. Sed emendatio morum, judiciorumq; correctio, & difficile luctamen, & periculi plenum negotium fuit.* Quod de hisce etiam Teutonicis judiciis dici potuit: quæ initio à Principibus optimo consilio instituta, & à bonis viris per longum tempus ritè & ordine administrata, ad normam

potissimum (ut verisimile est) juris Saxonici; atque ita omni laude dignissima; lapsu temporum subrepente abusu & corruptelis, plerisque locis ita degenerarunt, ut ægrè emendationem admitterent, cum nec nomen sanctum judici amplius mererentur.

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

FORMVLÆ CONCESSIONVM

Sedium Liberarum & Frygraviatus.

CAROLVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

Etsi Regiæ dignitatis circumspecta benignitas universos & singulos fideles suos, quos Romanorum ambit imperium, pio favore profequitur: ad illorum tamen statum, & commoda promovenda, specialius & ferventius aspirare tenetur, quos pro exaltandis S. Imperii honoribus, fide & opere reperit continua sollicitudine, assiduisque laboribus indefessos. Attendentes itaque multa grata servitia & accepta, quæ venerabilis Theodoricus Mindensis Ecclesiæ Episcopus, Princeps consiliarius & devotus noster dilectus,

ctus,

WESTPHALIÆ JUDICIIS.

Etus, nobis & sacro imperio fructuose & fideliter hæctenus exhibuit, exhibet in præfenti, & exhibiturum speramus fructuosius in futurum, volentesque sibi intuitu præmissorum gratiam facere specialem, & in persona & successoribus suis, ac ipsi Ecclesiæ Mindensi duas liberas sedes, quæ propriè & vulgariter Vemeding nuncupantur, unam videlicet ante villam Haleri prope Lubbek, & aliam ante villam Walnen prope Mindam, de liberalitate Regia, & certa nostra scientia damus, concedimus & donamus, statuentes, decernentes auctoritate præsentium, & volentes, ut dictus Episcopus successorisque sui, ac ipsa Mindensis Ecclesia, dictas duas sedes, cum universis & singulis jurisdictionibus, honoribus, prærogativis, juribus, gratiis, utilitatibus, commodis, & libertatibus tenere, habere, ac ipsis gaudere debeant, quibus cæteri, consimiles sedes habentes, sicuti ducatus Ascaniæ & Westfaliæ gaudent, jure vel consuetudine, seu quomodolibet potiuntur.

Mandamus igitur universis & singulis Principibus, tam spiritualibus quam secularibus, Baronibus, nobilibus, universitatibus cæterisque nostris

nostris & sacri Imperii fidelibus cujuscunque dignitatis, eminentiæ, conditionis, vel status existant, præsentibus & futuris, firmiter & distictè, quod prædictum Theodoricum Episcopum, successores suos, & ipsam Ecclesiam Mindensem, in hac nostra donationis & collationis gratia, non impediant, nec ab aliis impediri permittant, verum eos in ea manuteneant, protegant favorabiliter & conservent: Contrarium facientes pœnam banni Regii & centum Marcharum auri puri se noverint irremissibiliter incurfuros, quarum medietatem Regiæ Camerae, sive Fisco, residuum vero, venerabilium Episcoporum dictæ Mindensis Ecclesiæ, qui pro tempore fuerint, utilitati & usibus volumus applicari, præsentium sub nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Franckfordiæ Anno Domini, M CCC LIV, indictione septimâ, XIX. Kalend. Februarii, Regnorum nostrorum anno octavo.

Wir LVDEWICH von der gnade Gots Rômischer Keyser, ymmer mehrer des Rychs, bekennen und don kund allen lüten, die sehen und hören disen Breff, dat wy met rade unser getruwen geven haben
und

und geben an diesem breve, unserm Erbarn Ver-
 sten und lieben Ohemen, Bischoff Ludewich van
 Minden, und sinen nakomen Bischopen to Min-
 den, ein fry Hertzogdom in dem Stifft to Minden,
 und Fry Gerichte darinne to sittende, und Koniges-
 banne nach Vemerechte, also in dem Lande West-
 falen recht is, an Wertligen rechte, van unser, und
 unser nakomen wegen, Romischer Keyser oder Köni-
 ge; und Fry stele in dem Hertzogdom to havene, ei-
 nen to Berndessen by der Linden, den andern to Berck-
 kercken, den dritten by Blasne; und dry ander Fry
 stele to leggende, vvor se eme oder sinen nakomen
 bequemlich syn in dem Stifft to Minden. Aber wenn
 unse vorfaren Romische Keyser und Könige den
 Bischopen van Colne, van Münster, und van Pal-
 born, de gnade han than, das se fry Gerichte und fry ge-
 stele han, in erem Stiffte, na Vemerechte, also in dem
 lande to Westfalen recht is; so geuen wir unserm Ohme
 und sinen nakomen vorbenent, deselven gnade in dem
 Stiffte to Minden, mit gelichem rechte, also de drey
 Bischope Frygerichte und Stele van dem Romischen
 Riche haben. Wir frygen ock Burcherde Crussen,
 der ein dienstman was des Stiffts van Minden, und
 fryget is van dem Bischope van Minden, to einem
 Fry-

Frygen graven, das Richte to sitzende van des Bischofs wegen, und beligen em darmit. Wer ock das derselbige Burchart an libe oder an tode des nicht sitzen en mochte, so mach de Bischop to Minden, wer der is, einen andern Frygen graven setzen, also lange das richte to sitzende, went der Fryge grave dergesetzt ward, an uns oder unsere nakomen moge kommen, und sin Lehn empfan. Vnd darüber zo einer urkunde geben wir ine desen Bress, versigelt mit unserm Keyserlichen insigel, der geben is zu Nürnberg an dem wese me Sontage, do man zalt von Gots geburt dritzehen hundert jare, darnach in dem zwey und dreißigsten jar, in dem achtzehenden jar unsers Reichs, und in dem fünfften des Keysertombs.

RUPERTVS Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus. Notum facimus tenore præsentium universis, quod ad supplicem petitionis instantiam altigeniti Principis Hermannii Landtgravii Hassiæ, Swagerij nostri dilecti, Hennen Salentin fidelem nostrum dilectum Frigravium, seu comitem liberum in sede Fryheholenor vulgariter nuncupata, sita in dominio zwischen constituimus, ipsumque de dicta sede Frygraviatus

viatus tenore præsentium investimus, dantes sibi potestatem liberam ibidem de cætero judicandi & omnia exercendi, quæ ad Frygraviatus hujusmodi officium spectare noscuntur de consuetudine, seu de jure. Quapropter universis & singulis principibus ecclesiasticis & secularibus, Comitibus, Baronibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, clientibus, civitatum communitatibus, & signanter Frygraviis seu comitibus liberis sub pœna privationis Frygraviatum officiorum, firmiter inhibemus, ne dictum Hennen in ejusmodi Frygraviatus officio impediant aliquo modo, vel molestent, sicut nostram indignationem regiam voluerint evitare, præsentium suo, regis Majestatis nostræ, sigillo testimonio literarum. Datum Marpurg, Anno Domini M cccc x, die quarta Martij, Regni vero nostri anno decimo.

Ad mandatum Domini Regis, Johannes Weinheim.

C

JOHAN.

visus tenore presentium in vestimentis dantes
 sibi potestatem liberam ibidem de cetero sedi
 candi & omnia exercendi, prout ad Frigianitas
 huiusmodi officium spectare noscuntur de con-
 suetudine, seu de iure. Quapropter universis
 & singulis principibus ecclesiasticis & secularibus
 Comites, Baronibus, Nobilibus, Militibus
 rilibus, milibus, clericibus, civitatum com-
 munitatibus & signantibus Frigianis seu com-
 munitatibus libere sub potestate privationis Frigianitas
 unum officiorum, sicut in capitulis, ne dictum
 Hanc in eisdem Frigianitas officio in-
 pediant aliquid, vel molestent, seu no-
 stram indignationem regiam voluerint even-
 re, presentium suo regie Majestatis nostris, sigil-
 lo testimonio litterarum. Datum Marburg,
 Anno Domini m cccc x die quarta Martii, Re-
 gni vero nostri anno decimo.

Ad mandatum Domini Regis, Johannes Weinheim.

JOHANN C



**JOHANNIS DE FRANCFORDIA
CONTRA SCABINOS**

**OCCULTI JVDICII, FEYMEROS
APPELLATOS, TRACTATVS.**

**Ante CC. propè annos re exigente
scriptus, & nunc primum è Spanheimen-
sis Bibliothecæ reliquiis in lucem
productus.**

C 2

JOHAN:



DE OCCULTIS
JOHANNES TRITHEMIUS

Abbas Spanheimensis,
in Catalogo illustrium virorum
Germaniæ.

JOHANNES DE DIEPVIRGO, dictus de Franckfordia, Doctor Heidelbergensis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in seculari philosophia egregiè doctus, ingenio clarus, sermone apertus, disputator acutus, & declamator sermonum popularium facundissimus, Ludovici Comitis Palatini Rheni Ducisque Bavariæ ob singularem doctrinam & prudentiam Capellanus & Secretarius, ac in multis arduis negotiis ad Reges & Principes sæpè legatus. Scripsit non spernenda lectionis opuscula, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit, de quibus reperi subjecta: Contra Hussitas Bohemos hereticos l. i. Contra Scabinos occulti judicii Feymeros appellatos lib. i. De contractibus l. i. de Prædestinatione l. i. Sermones populares l. 2. Orationem coram Rege Franciæ habitam. Orationem quoque coram Rege Angliæ. Orationem coram Duce Sabaudia. Orationes alias & multas & varias l. i. Quæstiones etiam plures in scholis disputatas l. i. Epistolas quoque varias, & quedam alia scripsit, adhuc mihi incognita. Claruit temporibus Sigismundi Imp. & Eugenii Papæ IV. Anno Domini M CCCC XXX.

PRIMA

PRIMA PROPOSITIO.

Lex Domini à dextra mortalibus data sive communicata ad recte vivendum, est rectissima & æquissima: Secundum quam qui vivens, & in nullo ab ea declinans, in nullo peccat. Nam lex illa est conformis regulæ rectissimæ: unde imaginandum est, quod, sicut in artificialibus artifex habet unam regulam, seu mensuram, aut lineam, secundum cujus conformitatem alia regulat, & sic regulando bene operatur; Sic est de suprema regula seu linea, & secundum eam regulatur, seu lineatur. Quicquid autem declinat à linea rectissima, curvum & non rectum judicatur. Sic quicquid non conformatur primæ regulæ rectissimæ iniquum est. Et de quanto aliquid plus declinans à regula artificis, curvius judicatur; sic in agibilibus humanis de quanto aliquis actus ab illa suprema & rectissima mensura declinat, de tanto inæqualius & injustius æstimatur. Voluntas enim Dei, quæ est æquissima, est prima mensura omnium aliorum actuum totius creaturæ. Et ista propositio est verissima, & omnibus bene intelligentibus per se nota & manifesta. Unde & oramus: *FIAT voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.*

terra. Quia illi beatissimi spiritus semper faciunt voluntatem ejus, sicut scriptum est in Psalmis: *Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus, & nunquam prætergrediuntur sanctissimam & rectissimam divinam voluntatem: ideo petimus, ut sic fiat & à nobis mortalibus, hic in terra degentibus. Propter quod petebat Psalmista: Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Et Paulus scripsit, ad Romanos cap. xii. Innovamini in novitate spiritus, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens, & perfecta.*

SECUNDA PROPOSITIO. Quod lex Dei omnes alias leges excellit, in vitiorum extirpatione, morum ordinatione, ad felicitatem inductione, & in plana & lucida veritatis traditione. Nulla enim alia lex sic vitia extirpat, mores rectificat, ducit ad felicitatem, & tam planè ac lucidè tradit veritatem. Quod probatur faciendo comparationem ad alias leges. Lex enim humana non punit omnia mala: permittit enim minora mala, ut vitentur majora. Patet de meretricio. Sic in lege Mosaica multa mala permittebantur, ad vitandum pejora, ut patet de libello repudii, Deut.

XXIV.

xxiv, 1 & de usura, Deut. xxiii, 20. Lex autē Evange-
 lica, quæ est perfectissima nullum permittit, sed
 omnia excludit, & punienda prædicit. Vnde hu-
 jus legislator dicit Matthæi xii. 36. *Dico autem vo-
 bis, quod de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint
 homines sub terra, reddent rationem in die judicii.*
 Si de omni verbo ocioso, multò magis de noci-
 vo: & si de verbo, multo magis de facto. Item
 homo non potest de secretis cordium judicare,
 sed bene de actibus exterioribus. i Sam. xvi. *Homo
 videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.* Sed
 lex Evangelica non solum ordinat actus exteri-
 ores, sed etiam interiores. Vnde prohibet con-
 cupiscentiam malam. Matth. v. *Audistis quod
 dictum est antiquis, &c. & Matth. xv. De corde exe-
 unt cogitationes mala, &c.* Item nulla alia lex sic
 inducit ad felicitatem supernaturalem, ut lex
 Evangelica, nec ita clarè & lucidè tradita est, ut
 patet intuenti bene. Vnde de hac Evangelica le-
 ge, cujus legislator est Dominus noster Iesus Chri-
 stus, potest exponi ad literam illud Psalmi xviii,
*Lex Domini immaculata, convertens animos, testi-
 monium Domini fidele, sapientiam præstans parvu-
 lis.*

TERTIA

TERTIA. Quod omnis lex alia, vel constitutio, à quocunque mortali, seu quibuscunque mortalibus posita, huic Evangelicæ legi, vel cuiuscunque divinæ legi repugnans, est iniqua, & nullo modo servanda, quoniam deviat à recta regula, linea seu mensura rectè vivendi & faciendi. Queniamodum si esset aliqua vetustissima linea, & in nullo ad obliquitatem declinans, omnes aliæ lineæ haberent mensurari secundum illam: & secundum quod plus vel minus ab ea declinarent, secundum hoc judicarentur magis vel minus curvæ. Vnde patet, quod nec Papalis nec Imperialis constitutio legi Dei obvians potest dici recta: nec aliquis ipsorum potest licitè mandare, quod sua constitutio servetur à subditis. Vnde dixit Petrus Actor. v. 29. *Oportet Deo obedire magis quàm hominibus,*

QUARTA. Lex divina est: *Diliges Deum ex toto corde, &c. & proximum tuum sicut teipsum.* Patet ex decursu trium Evangelistarum, sc. Matthæi, Marci & Lucæ: & in Iohanne scribitur: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut, &c.*

QUINTA.

QUINTA. Lex naturalis est! *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Vnde Matthæi VII. dixit Salvator: *Quodcumque vultis ut faciant vobis homines, eadem vos facite eis.* Et intelligitur de justa & recta volitione, secundum dictamen juris naturalis, sicut Paulus dicit ad Rom. II. *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Ipsa enim sibi sunt lex.*

SEXTA. Divina lex dicit & jubet, *quod justum est, justè exequaris*, Deut. II. 16. & Aristoteles dicit, *quod justitia est præclarissima virtutum*, v. Eth.

SEPTIMA. Quod nullus innocens sive insons debet interfici. Patet Exodi XX. & etiam est per se notum. Et si aliquis sit nocens, non tamen debet interfici ordine juris prætermisso. Johannis VII. *Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?*

OCTAVA. Nullus homo debet facere ad hoc quod proximus suus damnetur æternaliter. Quia debet ipsum diligere sicut se, imo quilibet homo quantum in eo est, tenetur vitare omne

D

mne

mne id quod de se est malum, & per quod proximus suus posset ruere hinc in foveam culpæ, & post in foveam gehennæ, Matth. xviii. *Expedit ut mola asinaria, &c.*

NONA. Nullus præsertim Christianus debet alium impedire ab his quæ promovent ipsum ad assecutionem vitæ æternæ. Contra faciens, facit contra fraternam charitatem, & peccat mortaliter, quia contra mandatum Dei de dilectione proximi.

DECIMA. Nullus Christianus debet alium prohibere, ne sua peccata salubriter confiteatur, & remissionem peccatorum consequatur, & ex hoc via salutis sibi præcludatur. Patet ex prædictis, quia hoc esset contra fraternam charitatem, & contra mandatum Dei de dilectione proximi: & esset contemnere & vilipendere sacramentum pænitentiae, & præcludere proximo viam salutis. Quibus imprecatur æternum Væ, Matt. xxiii. *Væ vobis qui aliis clauditis regnum celorum, & ipsi non introitis, nec sinitis alios introi-*

VNDE-

VNDECIMA. Nec Imperialis, nec Papalis potestas, vel cujuscunque mortalis auctoritas, ad hoc potest, vel potuit se extendere, quod daretur auctoritas vel licentia quibuscunque, quod in quocunque casu, quemcunque vel quocunque modo deprehensum, possent suspendere, vel alio genere mortis interimere.

Hoc deberent attendere diligentissime qui-^{Die Fey-}dam nescio quomodo vocati, qui dicunt se ha-^{mer.} bere à Papa, (nescio quomodo fuerit dictus) & etiam à quodam Imperatore (ut ajunt) Karolo, auctoritatem suspendendi homines sine prævia discussione, & non juridicè, ut fieri debet, convictum vel confessum. Quomodo enim illi possunt esse judices & actores? Quandoquidem in omnibus legitimis & rationalibus judiciis datur licentia se excusandi per se, vel per procuratorem: ut non festinetur ad effusionem humani sanguinis, ne innocens pro nocente damnetur, aut certè nocens aliter quam juris ordo exposcit, interficiatur. Et præsertim Christiano debet esse cura de proximo suo, etsi oporteat secundum corpus mori, quod tamen anima, pro

qua Christus sanguinem suum fudit, in æternum non pereat. Sed moneri debet homo ille interficiendus monitis salutaribus, ut de suis peccatis doleat, Dei misericordiam imploret, sanctos invocet, & si copia Sacerdotis & oportunitas adsit, sua peccata confiteatur, & beneficium absolutionis percipiat, ut aut statim evolet, aut minus tormentum in purgatorio patiatur. Sic enim & tu velles tali casu quod tibi fieret, & proximum tuum debes diligere sicut teipsum. Vbi quæso est illorum nescio qualium iudicum conscientia? Vbi timor Dei, ne proximus quem volunt occidere, æternaliter damnetur? quandoquidem forte propter mortis horrorem, & festinantiam interfectorum, nunquam cogitat de peccatis suis quibus exstat involutus. Et ita in causa sunt quod illa anima, quæ preciosior est toto mundo, imo infinitis mundis, veniret ad sempiternam perditionem. Heu, heu, & iterum heu, & proh dolor! quanta cæcitas, quanta abusio, quantaque immiseratio, atque caritatis refrigeratio, vel potius totalis extinctio, illorum hominum, qui non (ut puto) rectè sibi potestate traditâ utuntur. Si tamen aliqua sit talis, &

& non potius frivola adinventio. Quomodo tales pro huiusmodi mortibus Deo respondebunt? Mortibus dico, temporali & æterna. Cur non cogitant tales, quod etiam morituri sunt, & iudicium fiet eis sine misericordia, quoniam immisericordes fuerunt?

Et famatur à quibusdam quod aliqui tales, qualemcunq; vel à qualibuscunque impetraverint talem qualem potestatem ita suspendendi homines, qui vix digni essent porcos custodire: Sed quod sint homines per se suspendio digni, si bene actus & gesta ipsorum discuterentur: & quod tales vident festucam in oculo fratris sui, trabem autem maximam in oculo proprio non considerant.

Item adhuc quod inquiretur radix huiusmodi constitutionis, à quo, vel quibus, vel propter quam causam, vel quas causas adinventum sit; & quibus concessa, & an sic hodie per successores taliter in omnibus inviolabiliter observetur, vel an fiat transgressio.

Item discretus confessor bene habet considerare, qualiter tales habeat expedire. Si enim bene faciunt huiusmodi homines, ad quid etiam

talia confitentur? Æstimo quod non sint sine remorsu conscientiæ: quia lex eorum adverfatur legi Dei, & dictamini naturali.

Mirum est quod nemo contra tales abusiones audet publice prædicare, & legis divinæ prævaricatores redarguere, & audacter corripere, ostendendo publice & confutando errorem illum, & abominationem pessimam. Quare non summus monarcha hic in terris vicem Dei gerens talia, sicut & alia prohibet, ex quorum usu gravia committuntur peccata?

Audite igitur nunc tubæ Dei, qui estis prædicatores & voluntatis divinæ annunciatores, sicut scriptum est per Prophetam Esaiam cap. LIX. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum, &c.* Unde & Dominus per Prophetam Ezechiel comminatur tacentibus veritatem, quod sanguinem de manu eorum inquiret, dicendo cap. III. *Si dicente me ad impium, Morte morieris, quia vita tua est mala, & opera tua perducunt te ad eternam mortem, non annuncia veris ei, neque locutus fueris, ut*

averta-

avertatur à vita sua impia, & vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem ejus de manu tua requiram. Non enim verbum Dei debet esse alligatum, ut dicit Apostolus, & maxime illud quod est pro informatione & instructione eorum quæ necesse est scire, ne quis excusetur per ignorantiam, dicendo; *Ego nescivi. Si enim præscivissem, nequaquam hoc vel illud fecissem.* Certissime sciant tales qui nolunt quod de illa materia mentio fiat, quod finaliter inultum non manebit: sed accidet eis sicut obstinatis Judæis, qui repulerunt sermonem salutis & in sua perfidia & infidelitate mortui sunt. Est enim peccatum in Spiritum sanctum nolle scire ea quæ sunt ad salutem necessaria. Videtur enim quod sit Diabolica machinatio, & fraudulenta adinventio, quod non sit licitum de talibus facere mentionem, ut sic tales perditii homines non audiant, & non audiendo se non emendent, & non emendando tandem pereant, quod ut recte agerent, intelligere noluerunt, dicentes; *Recede à nobis, scientiam tuarum nolumus.*

In

In eodem Codice ab auctoris ejusdem manu hoc reperitur.

In Sermone, Dominica octava Trinitatis,
Cavete à falsis Prophetis,

Matth. VII.

De III. quæstione de Sanctis &c.
Ego Magister Iohannes de Francfordia, sacrae Theol. Professor miser & inutilis, ac hereticæ pravitatis inquisitor
An. M CCCC XXIX, quarta die mensis Iulii, in oppido Luder Herbipolensis diocœsis, prædicavi contra unum hereticum, dictum Iohan. Fuyger, qui eadē die fuit combustus: qui tenuit inter alios valde multos articulos erroneos. *Quod nec Beata Virgo, nec Sancti quicunque essent invocandi.* Quem articulum ibidem efficacissimis rationibus confutavi.

REFOR-

REFORMATIONES

Iudiciorum Secretorum breviter indicatæ: non sine aliquibus notis.

I.

Anno M cccc xxxix. Comitibus Augustæ habitis Imperatoris SIGISMUNDI mandato, Theodericus Archiepiscopus Coloniensis ordinationem quandam scripto comprehensam obtulit, ex antiquioribus (ut mihi constat) institutis desumptam: quam idem Imp. auctoritate Cæsarea confirmatam publicavit, sub dato *in die Conversionis Pauli, anno 1439.* ea passim scripta inveniuntur, & nuper adeo typis edita est in collectione *Reichsstatzungen* amici nostri Melchioris Goldasti: ad quam paucula hoc loco annotasse sufficiat, præsertim quæ cum antiquioribus illis institutis, vix satis, (ut videtur) jam tum intellectis, minus convenire videtur. Vt cap. ii. in illis legitur; *Onchristen, leyen, mansburt.* Ibidem *Reroif*, quod & *Reroub* scribitur, nil est aliud quam nostrum *uffruer*, commotio, seditio, quod adhuc Belgis *Roere*: unde *Roerstichter*, & *Roer-*

E

vincke

vincke auctor & instinator turbarum, fax & in-
 centor seditionis. Capite vi. male scriptum est
Boumurgige sachen pro Vemwrouge, quod & re-
 ponendum est Cap. xix. pro *Vom wroge*: Id au-
 tem est, causæ in hoc iudicio *Vemico* [ut ita di-
 cam] deferibiles aut accusabiles. Id enim est
Wrugen, quod nobis superioribus Rhenanis
Ruogen. Glossæ veteres Saxonicae: *Wrugen*,
incusare. *Wrugere*, *Delator*. *Wruginge*, *Delatio*.
Vngewroken, *impunitus*. Speculum Sax. l. i. Art. 3.
Na juweliker Vogedye so sal juwelik Burmester
vvrogen dat gerochte, und blodende vvunden &c.
anders en darf he nit wrogen. Vbi in Latino est
accusare. Quin & Reinike de Voss l. i. c. 3. *Wo*
Grimbart dem Wulff wedder wrögeth, unde ettli-
cke mishandlungen em vörwerpet. Ibidem pro
frommen boden legendum est *Fronboten*, nuncio,
 viatore iudicii, qui & *Frohn* alicubi simpliciter
 dicitur. Cap. xiii. qui *Streckling*, alibi scribitur
Schreckling, utrumque fortasse corruptè, pro
Steckling. Scimus enim quid sint *Steckbriefe*
 &c. Sed quid gravius præterii? Cap. vii. Ita
 clarè scriptum est in vetustis: *Item so en sal*
man

man nicht heischung noch verbodung thun den Frauen, umb einigerlei sachen, anders dan vor offenbaer geding mit den Fronen, und frei geban dar sie inne gefessen sein. Quod feminarum privilegium plane perierat. Et cap. ix. pro gewapnet, in illis est, ungewapnet, quod omnino reponendum est, cum & cap. xx. dicatur: Sollen ungewapnet reiden und gehen, &c. Sed de his fortè alias pluribus.

II.

Anno M CCCC XLII, Comitiis Francofurti habitis FRIDERICVS III. Imp. edidit reformationem, & in ea cap. vii. Von dem heimlichen gericht. Vbi superiorem illam Theodericianam nominatim laudat. Meminit Aventinus lib. iv. hist. Bojor. Exstat Friderici III. Aug. publicum decretum, quo cavetur, ut in posterum quemadmodum à Carolo M. institutum morem observent hujusmodi iudices. Totam autem summam velutique medullam eleganter & succincte ita expressit auctor juris Cameralis: Ex idoneis & honestis iudicibus constituuntur. Neminem nisi ex causis eo pertinentibus, & æquo iure

nusquam usurum, citanto. Si cujus Dominus vel superior attestabitur, esse ejus coram se vel aliis receptis judiciis conveniendi copiam, ipseque ea de re idoneò caverit; tum citatione abolita, causa qua oportet remittitor. Secus si fiat ipso jure processus nullus esto.

III.

Anno M CCCC XCV MAXIMILIANVS I. Imp. constitutionem peculiarem de hisce judiciis edidit, in qua utraque superiorum laudatur. Exstat ea quoque in *Reichsabschieden*: cujus summam idem auctor ita expressit: *Si quis contra prescriptam supra formam citabitur, processus irritus esto, judex officio removetur: quod ejus obtentu factum perpetratumque fuerit, pena fractæ pacis vindicator. Executionem sententiæ, nisi qua probabitur ex forma constitutionis lata esse, nemo suscipito. Si qui tentaverint, his velut pacem publicam violantibus, sub iisdem pœnis resistitur.*

IV.

Anno MDXII. In comitiis apud Treverin habitis cum Ordines novas querelas de his attulissent, Philippus Archiepiscopus Coloniensis capitu-

capitulatione cum Frygraviis habita novam legem edidit, quæ etiam in superiori collectione habetur.

V.

Anno MDXXI. Comitibus Wormatiæ habitis Carolus v. Imp. eidem rei prospexit §. *und nach dem*, quo loco ipsa sedes Rotvvilensis iudicii (quod observatu dignum) cum hisce liberis sedibus pari jure haberi & æquiparari videntur.

VI.

Anno MDXXII. Hermannus Archiepiscopus legem antecessorum suorum renovavit, quæ vulgo circumfertur, & in eadem collectione existat. Vbi § 8. legendum est; *nit gestrafft vvrden*.

VII.

His omnibus accedit sanctio, Ordinationi Cameræ Anno MDLV. promulgatæ inserta, Part. II. Tit. XX. §. 7. *Item als der*, in hanc sententiam: *Si quid adversus ea dolo malo committetur, quæ de arcanis judiciis Westphalicis constituta sunt in Comitibus; decem marcæ auri mulcta esto, cujus semissem fiscalis fisco vindicato.*

NOTÆ ET ADDITIONES AD SUPERIORA OMNIA.

Pag. 1. lin. 2.

Æneas Senensis.) Qui locus primus & antiquissimus est inter Historicos, qui hanc rem tangat. Quem in suos libros postea transcripserunt sequentes; Trithemius, Felix Faber, Johannes Bohemus, Cranzius, Aventinus, Munsterus.

Ibid. l. 3. *Carolus Magnus.*) Ad hujus institutionem refert originem hujus rei etiam ipse Imp. Fridericus III. in sua reformatione cap. VII. *Als das von anbegin durch den heyligen Keyser Carol den grossen unserer Vorfahren am Reich, &c. gemacht, geordnet, und gesetzt ist.* In cujus tamen vita & annalibus nihil hujus disertè legitur: nisi quod Saxonibus longo bello attritis domitisque seque ipsos ad arbitrium vitæ necisque dedentibus, jura dederit. Annales Francorum sub DCCLXXVII. *Ibi Saxones baptizati & omnem proprietatem suam secundum morem gentis abdicantes, Regi tradiderunt, si à die illa & deinceps Christianitatem,*

tatem, & Regi ac filiis ejus fidelitatem abnegassent. Theodulphus eodem anno : *Ibique multitudo Saxonum baptizata est, & secundum morem illorum omnem ingenuitatem & alodem manibus gurrerunt, si amplius immutassent secundum malam consuetudinem illorum; Sed semper erunt in fidelitate Domini Regis Caroli.* Quo loco pro gurrerunt (quod est abdicarunt, projecerunt, unde Gallicum *guerpiç*) alia exemplaria habent, *dultum fecerunt*, quod verbi & paulo ante de eisdem legitur : *Saxones iterum rebellaverunt, ruptis sacramentis & obsidibus dultis mentitis.* Est autem (ut & hoc obiter explicem) idem quod periculo exitii & interitus exposuerunt, cladi perditionisque devoverunt : id enim est *Dolg* vel *Dolck*. Glossæ vett. *Dolec, Exitialis.* Otfridus Evangelior. lib. iii. cap. 25. & seq.

Thaz si gifunt ther selbo Folck

Thurb thes einen mannes Dolck,

i. e. ut per mortem unius viri salvetur populus. Et in lege veteri Frisionum est Titulus XXI. *De dolg*, & Addit. Tit. 3. cap. 44. *Eladolg.* Porro ad istam deditioem Saxonum pertinet etiam insignis

signis locus in vita Ludovici Pii : *Saxonibus atque Frisonibus jus paternæ hereditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, imperatoria clementia restituit, quod alii liberalitati, alij improvidentiæ assignabant : Eo quod hæ gentes naturali feritati assuefactæ, talibus habenis deberent coerceri; quæ eadem apud Aimoinum leguntur.*

Pag. 2. lin. 1.

Vocaturq; Vetitum.) Hoc loco peccatum à librariis opinor, si non forte ab ipso Ænea, sermonis nostri non satis gnaro. Quomodo enim Vetitum vocaretur, quod illius ævo adhuc maxime vigebat, imò & *Sanctum* dicebatur; & licet multis modis reformatum, tamen in usu adhuc erat, præsertim in partibus illis Saxonix? Et fuit cum reponendum censerem VITVTVM, aut tale quid, ut ad *vvissende* illos alluderet. Nunc vero simplicius, ut saltem substituam VEMVM, aut VEMIVM, facit Chronicon vetus Coloniense, in quo totus ille locus Æneæ in vernaculum versus, ista autem verba in hunc modum: *Dat selve gericht vveret noch hûte zo dage, und heischt, dat Heimliche gericht, off die Veme.*

Ibid.

Ibid. l. 2. *Scabini*.) Vox Vetus Francica, judicem arbitrumque denotans. Glossæ: *Scepeno, judex. Penes arbitros, Scefinaa vvaltendi*. Inde nostri *Scheffen, Gerichtsscheffen, & Scheppenstuel* in Misnia, Gallorum *Eschevin, Escheuinage*.

Ibid. lin. ult. *Fryding*.) Dicitur & *Heimlich geding*. Neque vero videatur mirum, *Ding* judicium sonare, cum & Latinis idem faciat RES, ut Aufonius quærat,

Imperium, litem, Venerem cur una notat RES?

Pag. 3. lin. 12.

Frygravii.) Fuerunt & *Dinggravii*, de quibus videsis vocabularium juris Saxonici. Cæterum omittere non possum, largiter errare Glossatores juris Saxonici in etymologia *Gogravii*, quem à *Gehe, & gelihen, gehend*, i. e. citò, properè, subitò, deducunt, lib. 1. Speculi Art. 56. in gl. cum non aliunde quam à *Govv*, i. e. regione, pago, districtu dictus sit, eadem forma qua alij à *Land, Marck, Pfaltz, Dych, Burg, Cent, Holtz, &c.*

Pag. 4. lin. 1 & 2.

Inter se — conscios.) Ita visum Aventino,

F

lib.

Ibid.

lib. iv. ubi de hoc Caroli Magni instituto meminit. *Judices, quos conscios nuncupant, nescio quibus ceremoniis initiati se invicem agnoscunt. Porro prophanis ritum prodere religio est, & pro piaculo habetur. Neque quisquam omnium adhuc inventus est, qui hujusmodi mysteria evulgarit. Erasmus vero pro vvisse acceperit videtur Gevviese, quos interpretatur certos, in Adagio Areopagitâ taciturnior. Exstant & hodie, inquit, apud Westphalos reliquiæ generis judicum: CERTI vulgo dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magnâ religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quædam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit præter illos juratos. Sua cuique, mihi mea placet interpretatio.*

Ibid. l. 12. Otfridus) ut: pag. 150. 432. 436. 446. 546. & seq. Sed eximius in primis & huc faciens ille locus est lib. v. cap. xi. ubi illa Domini verba ad Apostolos, quorum autem retinueritis peccata, ita reddit: *Theu ir iz auur vvizet, ir sunta ni bilazet.*

Pag. 5. lin. 14.

Latrunculorum.) Ita vocantur ab Ulpiano *λητροδικταί*, qui latrunculos, viarum obsesores & prædones persequuntur & è medio tollunt. In Lotharingia qui eis præfectus, *Prevost des Mareschaulx*, vulgò joculariter, *Die rote ruer*.

Pag. 6. lin. 2.

Degeneravit.) Aventinus d. loco : *Parentum avorumque memoria, cum sordida conditionis quique in album hujusmodi consultorum describuntur, hique passim per cæteras Germaniæ regiones, ut collibitum fuit, quos vis licentius quàm boni ferre possent, furti perfidiæque alligant, indemnatos necant, laqueo & suspendio infamant, hujusmodi licentia antiquata & cohibita est à Principibus nostris, etiam in publico procerum conventu. Exstat Divi Friderici III. decretum &c. Vbi quod dixit, Per cæteras Germaniæ regiones, ejus rei illustre exemplum idem refert lib. VII. in hæc verba : Casparus Torringer Hainricum Landshutensem in jus Sicambrorum (quod Westphalorum vocant) trahit. Die dicto apparet Hain-*

F 2

ricus

ricus cum Friderico Brandenburgensi, Casparem perfidia accusat. Ille cum praesto non esset, contumacia condemnatur, animadvertique in eum more majorum, indictaque causâ, Hainrico ex consilii decreto potestas datur. Et Hainricus, & Fridericus albo consultorum atque hujusmodi praetorum adscribuntur.

Pag. 21. lin. 15.

Ordine juris prætermisso.) Et sane ipsa horum judiciorum ordinatio nihil minus volebat, quam in scios, in auditos, in defensos, indictâ neque cognitâ causa damnari. Imo ternam citationem reorum, etiam contumacium ante omnia requirebat, datis in singulas citationes vi. hebdomadis & iii. diebus, ut habet ipsa reformatio cap. iv. Quod vel auctor Reinickes insinuat lib. i. cap. 14. ubi ita differentem inducit Grymbart de Grevinck:

*Gy Herren, ydt is vvar, byr ys manich rade.
All vvere myn ohem Reynke noch so quadt,
So schal men doch Frygrecht dragen,
Men schal drudde vverff wordagen,*

Alse

*Alse men einen fryen Manne plecht,
 Kümpt ho denne nicht, so gha dat rech.
 So is he schuldig alle der dinck
 De men byr klaget vor dem Köninck.*

Pag. 24. lin. 21.

*Quantaque immiseratio) An nescierunt
 quod Chrysoſtomus monet: Melius eſſe ratio-
 nem reddere de miſericordia, quàm de ſævitia. Et
 Hieronymus: Sicut miſericordia ſurſum elevat
 ad Deum, ita crudelitas deorſum mergit in infer-
 num. Et quidem neque ſeveritatis neque cle-
 mentiaẽ gloria affectanda eſt cognitori rerum
 criminalium, ut Martianus monet L. XI. D. de
 pœnis. Verum in dubio (vox eſt optimi illius
 Cæſaris, licet Ethnici) ſatius eſt impunitum relin-
 qui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.
 Quod Ulpianus retulit L. V. D. eod. Non meli-
 us potuit Honorius cum Theodoſio: Exemplo
 grave eſſe, ſic latrones requirere, ut innocentibus pe-
 riculum fiat. L. ult. C. de his qui latron. oc-
 cult.*

Pag. 25. lin. 10.

Qui vix digni eſſent.) Idem tamen fit in

F 3

Cente.

Centenis nostris (vulgò *die Zenten*) quarum assessores & Scabini sunt ruricolæ, Centgravii ejusdem ordinis. Quod jamdudum improbat Petrus de Andlo Lib. I. de Imper. Rom. c. 13. & lib. II. cap. 16. *Neque ulla major mihi abusio esse videtur, quam per eos qui rus colunt, jus in provinciis dictari, qui ob ignaviam à juris notitia legibus excusantur.* Rationem tamen rei aliquam reddit Nicol. Cusanus l. 3. de Concord. Cathol. cap. 28. Et nos hac de re alibi.

Ibid. lin. II. *Homines per se suspendio digni.*) Neque rarum erat aut infrequens ut ipsi Scabini criminis arcesserentur, condemnarentur, pœnas darent. Ad quos pertinet in ipsa Reformatione cap. III. & XVI. Et in veteri ordinatione de condemnato ita statuitur: *Zvve Freyscheffen sollen em nehmen, und leiden eme sieben fuesse von der stede, und hengen en sieben fues hoeger dan ein anderen diebe.*

BE NE-

BENEVOLE LECTOR,

Vacuam aliàs futuram alterã hanc hujus folij partem dignis quibusdam notatu AGRICOLÆ verbis, occultorum antehac Westphaliæ judicum appellationem & tesseram quandam breviter complexis, visum est replere.

JOHANNES AGRICOLA

In der Auslegung gemeiner Deutscher Sprichwörter / Prov. LVII, pag. 31.

EX IST GEWESSEN.

Diß hat man geredet von denen / die in das (Westphälische heimliche) gerichte geschworen haben / nichts davon zu vermelden. Dann also hat man sie genennet die **GEWESSENEN** / das ist / die eine Wissenschaft dieses gerichtts haben / vnd sind doch verschwiegen. — Die richter haben Scabini geheissen. Wo diese **GEWESSENEN** seyn zusammen kommen / wie man sagt / dabey sie einander gekennet haben / ist daß Zeichen gewesen / das Messer mit der Spitze zu sich / und die Schalen nach der Schüsselfen von sich geferet / etc.

F I N I S.



© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

SECRET
MARQUARD
CONSTANTINUS
H. NCHVS
hoc opusculo con-
entur.
phaliae judiciorum origine,
onibus, degeneratione & ab-
m Caesarearum, de Sedibus li-
is officio.
ordia in eos Scabios, Fey-
ratio & investiva.
m & Principum super illis ju-
m nonnullis in has notis.
superiora omnia.

